

2606.

1327 d. 2 Febr.

Ärkebiskop OLOF, Fogden öfver Helsingland JOHAN INGEMARSSON, NILS FARHTIEGNSON och PETER UNGE öfverenskomma om delningen sins emellan af Luleå elf med dess omgifningar och bifloder, som Konungen åt dem bestämt, när landet och strömarne mellan Skellefteå och Uleå uppläts till uppodling och bebyggande.

Registr. Eccl. Upsal. perg. fol. 45.

Nos OLAAUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis JOHANNES INGMARSON officialis domini regis super terram helsingie NICOLAUS FARHTIENGSSON et PETRUS VNGI, omnibus quorum interest vel interesse poterit tenore presentium facimus manifestum, quod cum terre et ampnes inter skeldepth et vlu ad incolendum et excolendum auctoritate regia donarentur, nos predicti totum ampnem dictum lulu cum omnibus adiacenciis dictis tillidhum, ac eciam riuis ipsum ampnem influentibus dictis thwerraum, auctoritate regia prefata tunc nobis dispositum inter nos taliter diuisisse, videlicet quod nos olauus et nostri successores post nos, vnam terciam partem. et ego iohannes ingimarson et nostri heredes alteram terciam partem, ac nos nicolaus et petrus prefati, nostre heredes, reliquam et vltimam partem terciam, in prefatis omnibus debeamus in posterum possidere, ita tamen quicquid ibi incolendum et excolendum fuerit, id incolendi et excolendi secundum porciones *) prefatas, communibus omnium nostrum debeat expensis, et quicquid exinde fructus et commodi prouenire poterit eodem modo diuidi et partiri In cuius rei testimonium presentes litteras, sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari Datum Anno domini M^o CCC^o XXVII^o in purificatione beate marie virginis.

Öfverskrift: Tenor de tercia parte annium et terrarum inter scældaph et vlu.

2607.

1327 d. 17 Febr.

Riddaren ULF ABJÖRNSSON och hans hustru CHRISTINA SIGMUNSDOTTER gifva sina medbröder i Eskilstuna kloster 2 tunnor mjöl, att framgent årligen utgå af deras qvarnar i Thorsharg (Thorshälla), med vilkor att deras arfvingar skola bibehålla det brödraskap gifvarne åtnjuta i klostret.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus,, WLPHO ABYORNASON miles nec non et consors eius dilecta CRISTINA SIGMUNDADOTER, salutem in domino sempiternam,, nouerint vniuersi, quod nos viris religiosis et discretis nobis in christo

*) Under bokstafven *r* står en punkt, som tillkännagifver att den bör utgå, men om den borttages kan ordet, enligt förkortningen, icke läsas annorlunda än *porciones*. Således torde utprickningen af misstag hafva tillkommit.